

Anwalt und Mandant – Die Bedeutung der Rhetorik (Cic. Arch. 1–2)

M 1

Cicero erklärt im *Exordium*, der Einleitung seiner Rede, die Gründe für die Prozessübernahme und beleuchtet das besondere Verhältnis zwischen Anwalt und Mandant.

(1) Si quid est in me ingeni, iudices, quod sentio, quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter¹ esse versatum, aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta², a qua ego nullum³ confiteor aetatis⁴ meae tempus³ abhorruisse, earum rerum omnium vel in primis hic

5 A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde usque⁵ repetens hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse.

10 Quodsi haec vox – huius hortatu⁶ praeceptisque conformata⁷ – non nullis aliquando saluti fuit, a quo id accipimus, quo ceteris opitulari⁸ et alios servare possumus, huic profecto ipsi – quantum est situm⁹ in nobis – et opem et salutem ferre debemus.

(2) Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingeni (neque haec dicendi ratio aut disciplina), ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune
15 vinculum et quasi cognatione¹⁰ quadam inter se continentur¹¹.

1 **non mediocriter** (Adv.): in erheblichem Umfang – 2 **proficisci**, proficiscor, profectus sum: ausgehen von, hervorgehen aus – 3 **nullum tempus**: = *nullo tempore* – 4 **aetas**, aetatis, f.: *hier*: Leben – 5 **inde usque**: von da bis in die Gegenwart, von da an fortwährend – 6 **hortatus**, -us, m.: Ermunterung, Antrieb – 7 **conformare**: ausbilden, schulen – 8 **opitulari**: helfen, beistehen – 9 **situm est in** ...: es steht in der Macht von ... – 10 **cognatio**, -onis, f.: Verwandtschaft – 11 **continere**: zusammenhalten, verbinden

Aufgaben

1. Verschaffen Sie sich einen Überblick über die Struktur des ersten Satzes (Z. 1– 5).
2. Übersetzen Sie den gesamten Text ins Deutsche.
3. Zeigen Sie auf, mit welchem Namen Cicero von seinem Mandanten spricht und begründen Sie seine Vorgehensweise.
4. Ordnen Sie die Rede in die Biografie Ciceros ein.
5. Nennen Sie die Motive Ciceros, die Verteidigung für Archias zu übernehmen. Belegen Sie Ihre Antworten am Text.
6. Erläutern Sie, welche Funktionen die vorliegende Rede (bzw. der vorliegende Ausschnitt) hat.



Archias' Herkunft und Ankunft in Rom (Cic. Arch. 4–5)

M 3

Nach der Präzisierung des Sachverhalts geht Cicero direkt in die *Narratio* über, welche die Erzählung des Hergangs darstellt. Cicero schildert hier den Werdegang des Archias bis hin zu seiner Einbürgerung in Rom.

(4 b) Nam ut primum ex pueris excessit¹ Archias atque ab iis artibus, quibus aetas puerilis² ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium³ contulit, primum Antiochiae⁴ (nam ibi natus est loco nobili⁵), celebri⁶ quondam urbe et copiosa atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis adfluenti, celeriter antecellere⁷ omnibus ingeni gloria contigit. Post in ceteris Asiae partibus cunctaque Graecia sic eius adventus celebrabantur⁸, ut famam ingeni exspectatio hominis, exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret.

(5) Erat Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum. Studiaque haec et in Latio vehementius tum colebantur quam nunc isdem in oppidis et hic Romae propter tranquillitatem rei publicae⁹ non neglegebantur. Itaque hunc et Tarentini¹⁰ et Regini¹¹ et Neopolitani civitate ceterisque praemiis donarunt. Et omnes, qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famae¹² cum esset iam absentibus notus, Romam venit Mario consule et Catulo. Nactus est primum consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas tum etiam studium atque auris adhibere posset. Statim Luculli, cum praetextatus¹³ etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed etiam hoc non solum ingeni ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae huius adulescentiae prima fuit, eadem esset familiarissima senectuti.

1 **ex pueris excedere**: den Kinderschuhen entwachsen – 2 **aetas puerilis**: Kind, Knabe (als Altersstufe) – 3 **studium scribendi**: literarische Tätigkeit, Schriftstellerei – 4 **Antiochia**, -ae, f.: *Hauptstadt der römischen (seit 64 v. Chr.) Provinz Syrien* – 5 **loco nobili natus**: als Sohn einer vornehmen Familie geboren – 6 **celeber**, -bris, -bre: viel besucht, bevölkert – 7 **antecellere**: übertreffen – 8 **celebrare**: rühmen, preisen – 9 **tranquillitas rei publicae**: ruhige politische Verhältnisse – 10 **Tarentini**, -orum: Einwohner von Tarent – 11 **Regini**, -orum: Einwohner von Regium – 12 **celebritas famae**: Berühmtheit – 13 **praetextatus**, -a, -um: Träger der *Toga praetexta* (mit einem Purpurstreifen versehene Toga, von Jungen bis ca. zum 17. Lebensjahr getragen)

Aufgaben

1. Lesen Sie den Text und notieren Sie alle Informationen, die Sie dem Text beim ersten Lesen über die Person des Archias entnehmen können.
2. Übersetzen Sie den Text in angemessenes Deutsch.
3. Stellen Sie dar, wie Cicero Archias beschreibt.
4. Informieren Sie sich über *Magna Graecia* und die dortige kulturelle Entwicklung.
5. Erläutern Sie die Zusammenhänge zwischen Politik und dem Streben nach Bildung, die Cicero hier andeutet.



M 6

Der Wert literarischer Bildung (Cic. Arch. 12–16a)

Nach der Widerlegung der Anklage folgt im Regelfall die *Egressio*, die den größten Teil der Rede ausmacht. Diese ist allerdings *extra causam*, Cicero spricht hier über den Wert literarischer Bildung und der Bedeutung einer solchen für einen „echten Römer“.

(12) Quaeres a nobis, Gratti, cur tantopere hoc homine delectemur¹. Quia suppeditat² nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu³ reficiatur⁴ et aures convicio⁵ defessae⁶ conquiescant⁷.

An tu existimas aut suppetere⁸ nobis posse, quod cotidie dicamus, in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus⁹, aut ferre animos tantam posse contentionem¹⁰, nisi eos doctrina eadem relaxemus¹¹? Ego vero fateor me his studiis esse deditum. Ceteros pudeat, si qui se ita litteris abdiderunt¹², ut nihil possint ex iis neque ad communem adferre fructum neque in aspectum lucemque proferre¹³. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, iudices, ut a nullius umquam me tempore¹⁴ aut commodo aut otium meum abstraxerit¹⁵ aut voluptas avocarit aut denique somnus retardarit¹⁶?

(13) Quare quis tandem me reprehendat aut quis mihi iure suscenseat¹⁷, si – quantum ceteris ad suas res obeundas¹⁸, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alveolo¹⁹, quantum pilae – tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero? Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas, quae – quantacumque est in me – numquam amicorum periculis defuit. Quae si cui levior videtur, illa quidem certe, quae summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio.

(14) Nam nisi multorum praeceptis multisque litteris mihi ab adolescentia suasissem nihil esse in vita magno opere expetendum nisi laudem atque honestatem, in ea autem persequenda²⁰ omnis cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilia parvi esse ducenda, numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes²¹ atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem. Sed pleni sunt omnes libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas²². Quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt? Quas ego mihi semper in administranda re publica proponens animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

(15) Quaeret quispiam: „Quid? Illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditae sunt, istane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt?“ Difficile est hoc de omnibus confirmare, sed tamen est certum, quid respondeam. Ego – multos homines excellenti animo ac virtute

fuisse sine doctrina et naturae ipsius habitu²³ prope divino per se ipsos et moderatos et gravis
 exstitisse – fateor. Etiam illud adiungo: saepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina
 quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego hoc contendo: cum ad naturam eximiam
 atque inlustrem accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae²⁴, tum illud nescio quid
 30 praeclarum ac singulare solere existere.

(16) Ex hoc esse hunc numero²⁵, quem patres nostri viderunt, divinum hominem, Africanum;
 ex hoc C. Laelium, L. Furium, moderatissimos homines et continentissimos; ex hoc fortissimum
 virum et illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem. Qui profecto si nihil ad
 percipiendam colendamque virtutem litteris adiuvarentur, numquam se ad earum studium
 35 contulissent.

1 **delectare**: *hier*: anziehen – 2 **suppeditare**: eine Möglichkeit verschaffen – 3 **strepitus**, -us, m.:
 Lärm – 4 **reficere** -ficio, -feci, -fectum: *im Passiv*: sich erholen – 5 **convicium**, -i n.: Zankerei,
 Gezänk (vor Gericht) – 6 **defessus**, -a, -um: ermattet, erschöpft – 7 **conquiescere**, -quiesco,
 -quievi,: zur Ruhe kommen, Ruhe finden – 8 **suppetere**, -peto, -petivi, -petitum: zur Verfügung
 stehen, reichlich vorhanden sein – 9 **excolere**, -colo, -colui, -cultum: verfeinern, bilden, veredeln –
 10 **contentio**, -onis, f.: Anspannung – 11 **relaxare**: entspannen, Entspannung gönnen – 12 **se
 litteris abdere**: sich in Literatur vergraben/festbeißen – 13 **in aspectum lucemque proferre**: ans
 Licht der Öffentlichkeit bringen – 14 **tempus**, -oris, n.: *hier*: Not, Gefahr – 15 **abstrahere**, -traho,
 -traxi, -tractum: wegziehen, fortreißen, fernhalten – 16 **retardare**: zurückhalten – 17 **suscensere**,
 -censeo, -censui: aufgebracht sein, zürnen – 18 **res obire**: seine Aufgaben erledigen – 19 **alveolus**,
 -i, m.: Würfelspiel, Brettspiel – 20 **in ea persequenda**: bei diesem Streben – 21 **dimicatio**, -onis,
 f.: (gefährlicher) Kampf – 22 **vetustas exemplorum**: Beispiele aus alter Zeit – 23 **naturae habitus**,
 -us, m.: Naturanlage – 24 **ratio quaedam conformatioque doctrinae**: eine gewisse methodische
 Gestaltung der wissenschaftlichen Bildung – 25 **ex numero** ... esse: gehören zu ...

Aufgaben

1. Übersetzen Sie den Text in angemessenes Deutsch.
2. Beschreiben Sie, was Ihnen am Sprachgebrauch Ciceros in §12 auffällt. Nehmen Sie dazu Stellung.
3. Erläutern Sie, was Cicero mit dem einleitenden Satz *Quaeres a nobis, Gratti, cur tantopere hoc homine delectemur* beabsichtigt.
4. Benennen Sie, worauf Cicero hier (Z. 18 – 22) anspielt.
5. Beschreiben Sie, welche Bedeutung Cicero in wissenschaftlichen und literarischen Studien sieht.
6. Stellen Sie dar, welche stilistischen Mittel Cicero in den §§ 13–15 (Z. 10 – 36) einsetzt, um seine Aussagen zu untermauern.